



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Malvm Svmmi Mali Sive De infinita grauitate peccati  
mortalis Libri Qvinq[ve]**

**Pelecycus, Johannes**

**Monachii, 1615**

X. Summè benefaciens Christus peccato mortali offenditur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52025](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52025)

lagus immensum malitiæ peccati mortalis?

## CAPVT X,

*Christus summe benefaciens peccato  
offenditur.*

**G**ENUS enim ille omne hominum redemit, hoc est, à potestate Diaboli, in potestatem Dei, cuius antea erat, vèdicauit, cum se ipsum sanguinemq; suum pretiosum, per mortem Deo patri obtulit, vt diuinæ gratiæ dona, quibus redemptio & libertas gèeris nostri, ab ea diabolica seruitute continetur, nobis impetraret. *Mediator deinde melioris testamenti,* nos Deo reconciliauit hoc ipso, quo debellatis aëreis potestatibus, ac mundi principibus deturbatis, peccatisque in profundum maris proiectis, nos inter captiuos detentos, Deo patri, cœlumq; terræ restituit. Me-

Eph. 1. 7.

1. Tim. 2.

C 7      dicus

*Mat. 9. 12.* dicitur item bonus ac cœlestis,  
 dona ea gratiæ nobis impetra-  
 uit, quibus recta officia, tam na-  
 turalia, quã supernaturalia præ-  
 stare, & peccata mortifera om-  
*Ad Eph. 4.* nia vitare possumus. Caput præ-  
*15. & 5. 23.* terea, vt hominum, ita & Ange-  
 lorum, ecclesiæq; adeo totius  
 ac regum terræ princeps & Im-  
 perator, gratiã in sua membra  
 influit, & ad finem vltimum di-  
*Hebr. 5. 6.* rigit. *Sacerdos, insuper secundũ or-  
 dinem Melchisedech, animarũ nostra-  
 rum Episcopus, summusq; Ponti-  
 fex, thuribulo carnis humanæ  
 assumpto, in sancta ingressus, ac  
 inter viuos & mortuos stans, re-  
 demptionem peccatorum, pro-  
 prio sanguine inueniens, dona  
 pro nobis, preces, & sacrificia  
 obtulit, plenaque manu sacra  
 multa nobis dedit; palam enim  
 triumphans, & gloriôsè magni-  
 ficatus, fortem alligauit, prin-  
 cipa-*

*1. Pet. 4.*

*1. Cor. 1.*

*ps. 70.*

*1. Pet. 4.*

eipa  
 con  
 tem  
 nã  
 cit,  
 cati  
 ado  
 tuli  
 dan  
 pro  
 pro  
 spir  
 mo  
 præ  
 de p  
 fere  
 Doc  
 ster  
 breu  
 & a  
 & tri  
 dile  
 tine  
 quog

cipatus expoliavit, potestates  
confidenter traduxit, iniquita-  
tem domui Iacob dimisit, diui-  
næ naturæ consortes nos effe-  
cit, sapientia, iustitia, sanctifi-  
catio nobis factus est, perfectam  
adoptionem filiorum Dei con-  
tulit, vt & iustitiam, & abun-  
dantiam pacis. Legislator item  
propriis nobis sancit leges;  
prophetica & regia potestate  
spirituali excellit; rex, super  
montē sanctū Dei est, prædicans  
præceptum eius, & eripiēs nos  
de potestate tenebrarum trans-  
ferens in regnū dilectionis suæ. *Dan. 2.*  
Doctor & præceptor etiam no-  
ster est, viam cœli in veritate, &  
breuitate docēs, panem arctum,  
& aquam breuem, hoc est, do-  
ctrinam Euangelicā breuem, quæ  
dilectione Dei, & proximi con-  
tinetur, prolixè largitur. *Pastor*  
*quoque noster bonus, qui animam*  
*suam*

20. 10. 17.

suam pro ouibus suis posuit, gregem-  
que suum, vt in rapinam nō sit,  
saluat. Viuorum tandē ac mor-  
tuorū olim erit Iudex. Et hunc,  
qui in mundo via fuit, in cœlo  
vita, in terra pretium, in cœlo  
præmium, in terra sacrificium,  
in cœlo gloria, peccatum mor-  
tale offendit? O tartareum pec-  
catum. O diaboli virus.

## CAPVT XI.

In quo peccator Christum Domi-  
num offendat?

**E**O, quo, factis ipsis profite-  
tur se hostem & inimicum  
Christo; vult enim ipse & impe-  
rat bonum, & non vult iniqui-  
tate, iuxta illud: *Manè astabo tibi,*  
*& videbo, quoniam non Deus volens*  
*iniquitatem tu es; qui peccat autē*  
*malum vult, & quod iniquū est,*  
*Christus etiam Dominus noster*  
*c. 14. 9. odit peccatū; similiter, ait sapiēs,*  
*odio*